



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Palatina, Sev Heidelbergensia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

*Dum vixit sacro venerandus in ordine vixit,
Buxhuda extremum clausit in vrbe diem.
Cui vita, atq; animo studuit seruire pudico,
Defunctum regnis, insere Christe, tuis.*

IN CVRIA.

*Tempore cū longo domus hæc collapsa fuisset,
Orbâq; iam cuncto pene nitore foret:
Sumptib; hæc proprijs voluit reparare GERARDVS
Qui de RAN ZOO stemmate nomen habet
Esset vt hospitij sedes sibi grata, suisq;
Qui cupiunt vrbis commoditate frui.*

PALATINA,

SEV

HEIDELBERGENSIA.

IN HEIDELBERGAM IVL. CAES.
SCALIGER.

Nobilis Imperio Franconia dextra potenti
Belligero nulli Marte secunda viget:
Cum victis ab se pepulit vectigal Alanis,
Liber a Germano nomine Franca fuit.
Nec contenta suis angustis finibus (illi
Quæ par virtuti terra futura foret?)
Egreditur: superat. Germani ô pectus honoris!
Victoris victos nomina ferre sat est.
Non aliundè venis: Francusve est Hectoris vllus.
Quid peris à victo stemmata? tota tuæ es.

DVCVM

DVCEVM PALATINORVM AD RHE-
NVM MONVMENTVM.

ROBERTVS Bauariæ Dux, Comes Rheni Pala-
tinus, Romanorum Rex, iustus, pacis & religionis
amator, dignus Deo visus, qui pro Iustitia patere-
tur, huius sacræ ædis & collegij institutor, hinc cū ca-
rissimâ cōiuge Elisabetha, Norici Mōtis Burggra-
uia quiescit. vita functus an. Chr. 1410. Cal. Iun. xv.

IBIDEM.

Cætera qui circum lustras monumenta viator,
Hæc quoq; non longa est, perlege pauca, mora.
Si Ducæ audita est forsân tibi fama PHILIPPI,
Clara Palatina quem tulit aula domus.
Qui modò Pannonicam defendit ab hoste Viennam,
Et soluit trepidos obsidione viros:
Tunc cum Threiciæ vastarent omnia Turca,
Et tremarent subito Noricæ regna metu.
Mox etiam impleuit magnum virtutibus orbem,
Vtilis hinc armis, vtilis inde toga.
Illius hæc tegitur corpus venerabile terra,
Hic animam, hic vitam reddidit ille Deo.
Quod, te, si pietas, si te mouet inclyta virtus,
Iunctaq; cum summa nobilitate fides,
Hæc opta ut cineres placida cum pace quiescant,
Conditæ nec tellus durior ossa premat.
Vt pius ad cæli sublatus spiritus arces,
Cum Christo viuit tempus in omne suo.

Decessit IV. Non. Iul. Anno Dom. M. D. XLVIII.
Ætatis suæ XLIII. cuius P. F. memoriæ Dux
Ottohenricus Comes Palatinus frater aman-
tissimus, M. H. F. C. An. Domini M. D. L.

Ke 3 IED

IBIDEM.

Illustrissimo Principi ac Domino D. VVOLF-
GANGO Comiti Palatino Rheni, Duci Bauariz,
&c. Philippi Electoris filio, inter eos qui ad iustam
ætatem peruenerunt natu minimo, Principi boni-
tate ingenij, honesta frugalitate, auitisq; moribus
seruandis præstanti, & sorte sua mediocri per om-
nem vitam contento, Illustriss. Princeps Frid. Ter-
tius Elector hoc monumentum consanguineo cha-
rissimo fieri curauit.

Natus est anno M. IVC. XCIV. vlt. Octobr.
exemptus rebus humanis 2. April. Anno
M. D. LVIII.

IBIDEM.

Illustrissimorum Principum, Equitum aurato-
rum RODOLPHI ac LVDOVICI Comitum Pa-
latinorum, Banariæ Ducum, ac S. Rom. Imperij
Archidapiferorum & Electorū lamentabilia de-
posita, altare quod cernis recondita tenet, lubrica
sors rarum fauorem breuitate gloriæ ac vitæ com-
pensauit: & hunc tamen ex tantis fortunis rudem,
etsi sanctum, tumulum cōcessit. Quorum prior ro-
ta patria illachrymante acerbo funere raptus est
anno Domini millesimo ducetesimo nonagesimo
quarto, die 2. Febr. Alter anno mill. trecentesimo,
decimo nono, die vndecima Augusti.

ALIUD.

FRIDERICVS Bauariæ Dux, Comes Rheni
Palatinus, S. R. I. Elector, salus patriæ, prædonum
fulmen, tres illustres hostes vicit, principatum au-
xit, & piè è viuis excessit. Anno Christi 1476. prid.
Id. De.

Id. Decemb. Fuit eius vitę socia virtus; gloria mor-
tis comes.

ALIUD.

*Agrogiam virtutem animi dextręq; valentis
Dum mecum tacitus cogito Beuterichs;
Hic Petrus, exclamo, forte Milesius ille
Pectore, Mopsopius vel Thrasybulus erat.
Ni Thrasybulus eras, Thrasybuli cur mihi viam
Applaudit celebri spiritus è tumulo?*

GVILIELMVS XYLANDER
vxorem alloquitur.

*Quo saxum struis hoc nobis fidissima coniunx?
Quo mea defuncti versibus ossa notas?
Æterna ipse mihi viuis monumenta parans,
Præueniens fati fila secunda mei.
Sed tua te, video, pietas non sicit, fidesq;
Exstruere hoc nobis certa cõegit opus.
En quò progreditur? superat mala tempora facti,
Scilicet es verus funera nescit amor.
Obijt x. Februar. anno M. D. LXXVI. Anno ætatis
XLVI.*

AD D. FRANCISCI.

DEPONENTI ANATHEMA, RELINQUENTI
BENEDICTIONE.

Sepultus in habitu D. Francisci Anno 1485.

*Inuida clauserunt hoc marmore fata RODOL-
AGRICOLAM, Frisij spemq; decusq; soli. (PHVM
Scilicet hoc vno meruit Germania laudis,
Quidquid habet Latium, Græcia quidquid habet.*

68 *

HER.

HERMOLAVS BARBARVS PATRIAR-
CHA VENETVS IN MEMORIAM RO-
dolphi Agricola summi viri.

IN SUPERIORI MONVMENTI PARTE
hæc leguntur:

RODOLPHI AGRICOLAE FRISII MU-
MURIAE POS. VIGLIVS ZVICHEMVS.

IBIDEM.

DVRVM EST EXTRA PATRIAM MORI.

Hic ego RANZO A prognatus stirpe IOANNES,
Mortuus humana conditione cubo.

Cimbrica me genuit, sed non post fata recepit,
Sicq; peregrina sum tumulatus humo.

Hanc me pertraxit studiorum feruor ad urbem,
Principibusq; comes, nobilibusq; fui.

His licuit cunctis ad patria rura reuerti,
Vnum me reducem noluit esse Deus.

Sed benè mens etenim caelesti sede recepta
Visitat aeterna docta Lycea schola.

Corpus humus regit exanimum, dum suscitet illud,
Extremi Christus tempore iudicij.

Obijt an. M. D. LXXXII. Octob. xvii.



AQVISGRANI.

IN TEMPLO B. MARIAE.

SVB hoc conditorio situm est corpus Caroli,
Magni & Orthodoxi Imperatoris, qui regna
Fran